Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Ca. i.

spus sanct9. Istud tercium osculum sapit sua
uius. gustatur carius. intelligitur diffi
cilius. Non queritur suauium quod est
impudicarum mulierum. non basium quod est coniuga
torum. sed osculum quod est amicorum. ut osculetur
sponsus sponsam. xpc eccam. deus animam.
Sponsi labia sunt mia et ueritas. Labia
sponse timor et amor. Eam uero que
querit osculum necesse est tria habere. scz penitenciam.
puritatem. spualem feruorem. Horum pri
mum indulgenciam. ii. illuminacionem. iii. uir
tutum augmenta conquirit. Debet enim esse penitentia
qua de malis preteritis erubescat. pu
ritas qua per bonam consciam conspectui
creatoris cum fiducia mundam se representet.
spualis feruor quo ad sublimiora uirtutum
studia se semper attendat. In hoc feruore conside
randa sunt amor et desiderium. Amor quo
bona que deus ei contulit ardenter diligat.
desiderium quo ad ea que nondum apprehendit
alacriter currat. Hic possumus tria oscu
la considerare. Reconciliatorium. remu
neratorium. contemplatorium. Primum ad pedes.
.ii. ad manus. iii. ad os sumitur. In primo
accipitur remissio peccatorum. in ii. munus
uirtutum. in iii. cognitio secretorum. Item est
osculum doctrine. est nature. est gracie. In primo
per predicatores deus suam dilectionem nobis
insinuat. In ii. bonis nos naturalis claritate
illustrat. In iii. gracie nos spiritalis ca
rismatibus exaltat. Itaque habemus de primo
caritatem. de ii. claritatem. de iii. graciam
multiformem. Item in hoc osculo mirabili
querebat sponsa commercium s. ut ueniret di
uinitas cui nostra iungeretur humanitas.
Inde cantat eccla. O admirabile commercium
creator generis humani a. c. s. d. v. n. d.
e. et p. h. s. s. l. e n. s. deitatem. Comer
cium dicitur a cum et mercor. Triplex est com
mercium. Primum fuit execrabile. ii. mise
rabile. iii. admirabile. Primum fecit insi
diator generis humani. ii. propagator generis
humani. iii. creator generis humani. Primus
figuram serpentis assumens. ii. tunicas
pellicias induens. iii. animatum corpus assu
mens. Primus celsitudinem diuinam indignatus
est. ii. obedienciam dedignatus est. iii. de uir
gine nasci dignatus est. Primus pro iusticia
dedit iniquitatem. ii. pro gloria accepit infelici
tatem. iii. procedens homo sine s. l. e. n. s. d.
Primum ergo merito dicitur execrabile. quia illud fe
cit insidiator generis humani. serpentis forma
accipiens. qui celsitudinem diuinam indignatus
dedit pro iusticia iniquitatem. de quo beatus paulus.
Ego autem carnalis sum uenundatus sub pec
cato. Et ysaias. Gratis uenundati estis
et sine argento redimemini. In eo enim conuenerunt
diabolus adam eua. Dicit omnis emptor
malum est malum est. adam uero et eua dixerunt
bonum est bonum est. Diabolus enim dixit vnum
sit marsupium omnium nostrum. Diabolus in eo
posuit .i. blandimenta adulacionis. ii. acu
men subtilis temptacionis. iii. deceptorem false
promissionis. iiii. genere pondus permanende
iniquitatis. Vnde ezechiel. Carthaginenses
negociatores tui impleuerunt nundinas tu
as argento ferro. stagno plumbo. Primum
accipitur in candore et sonoritate argenti.
.ii. in acumine ferri. iii. in nitore stagni. iiii.
in pinguedine plumbi. Itaque in hoc marsupio
posuit diabolus suggestionem. eua delectacionem.
adam consensum. omnis pariter peccatum. Itaque
in primo commercio emerunt dentes serpentinos.
in ii. spynas et tribulos. in iii. deum et an
gelos. Audi dentes serpentinos. Mulier
conteret caput tuum et tu insidiaberis c. e.
Secundum commercium fuit miserabile. in quo
propagator generis humani tunicas pelliceas
induit. quia obedienciam dedignatus est. et acce
pit pro gloria infelicitatem. Quippe homo cum
in honore e. n. i. co. e. iu. insi. et s. f. e. i.
in hoc commercio. Comutauerunt enim gloriam
suam in siliquis. uituli c. f. Dederunt enim preciosa
queque pro cibo ad refocillandam animam.